

Pf. 29. 10. Sine causa pro vobis sanguis meus effusus est; si ita vos geritis. Itaque convertimini, ne auctor cupidita- tum malorum diabolus iterum principetur in vobis; spolia fe tanto detrahite victori predo superbus insultans. S. Gau- dentius. 12. de div. capitulo.

TITULUS X. VIDUÆ.

S. I.

Nomen, Symbola, Virtus.

Apud Hebræos vidua *almata* dicitur; quod mortuo mari- to sit tanquam muta. Pagninus: quod viro mortuo non valeat loqui; & ligare. Diez.

Vox *turturis*. Cant. 2. 12. Cernere est, turturum (Sym- bolum viduarum tempore suæ viduitatis, sanctæ viduitatis opus strenuè, atque infatigabiliter, exequentem. Videas ubique singularem; ubique gementem audias; nec unquam in viridi ramo resistentem propiciens: ut tu ab ea dicas, vo- luptatum virentia, velut virulenta, vitare. Adde, quod in jugi montium, & in fummitatibus arborum, frequentior illi conversatio sit: ut, quod vel maxime propositum pudici- tiæ decet, edoceat nos terrena despiciere, & amare celestia. Denique compare uno contenta est: quo amisto alterum jam non admittit; numerositatem in hominibus nuptiarum redarguens. S. Bernardus l. 59. in Cant.

Duo vestium viduæ ornamenta sunt; necessitas, & simplici- tas: duo ædiorum, & operum, ejus ornamenta sunt; hu- militas, & charitas: duo lingue illius insignia sunt; honestas, & verborum benignitas: oculorum decus, modestia, & pudicitia: & unicus cordis illius amor, Jesus Christus crucifi- xus. S. Franciscus Salef. in Philothea p. 3. c. 40.

Lampades, quarum aromaticam est, dum extinguuntur earum flamma, longè gratiorem naribus halitum emittunt. Sic vidua, quorum amor in conjugio purus fuit, sua- viorem virtutis, castimonie, fragrantiam exhant; cum ip- sarum lumen, id est, conjux, per mortem extinctum est. Idem. ibid.

Non omnis vidua verè vidua; sed quæ pro Christo castita- tem custodit, Et hæc honoranda, si expedit, ut alimentis Ecclē- siæ pascatur. Ut 1. Tim. 5. 3. scribit apostolus. Non est Christi vidua; nisi vidua hujus Luc. 2. 37. Tam antiquæ for- mam accipiat, ut non discedat à templo. Refrananda sunt omnino jejunia, incentivæ libidinis; nec sufficit pulla vesti, si exculata caro nitescit, si ex cibo crassescit, si ex nimio potu somnescit: non serviat Mundo, sed Domino. Sim. Cass. l. 2. Luc. 2.

In honesto loco consistens: quia decet eligere viduas habita-acula honestatis. Ibi habitare præstant, ubi testes devota- rum non possunt. Conferat ad custodiam, castitatis, ubi huma- ni devitari non possunt aspectus. Surrexit sæpe importuna tentatio delinquendi, ubi nullus timetur aspiciens, nec de-ferenda sunt loca, quæ conferunt ad officium sanctitatis. Idem ib. in illud: non discedebat de templo.

S. II.

Viduarum tutela, patrocinium.

Ex Veteri.

Sanguinem animarum vestrarum. Gen. 9. 5. Sanguis ani- mæ lacrymæ sunt, ut dicit Augustinus: quas Dominus vindicat in oppressione pauperum, & viduarum. Hugo. Card. hic.

Deus magnus, potens, & terribilis; qui personam non acci- pit; nec minora. Facit iudicium pupillo, & vidua. Deut. 10. 17. 18. Ecce tibi, magnus, & potens Dominus de universis sæculorum negotiis; qualia sibi deligit iudicanda: & utpote in suo conspectu graviora: nimirum facit iudicium pupillo & viduæ. Sequatur hoc exemplum Theodoricus rex apud Castorod. 1. var. 8. cordi nobis est, cunctos in communi pro- regere; sed eos maxime, quos sibi novimus desuisse. Sic enim æquitas libra ferebatur, si auxilium largiamur im- paribus; & metum nostri pro parvulis, & infolentibus oppo- namus. Fortuna minor principem querit. Et sanè pro oppres- sis debilibus inventus est principatus: nec unquam Deus prin- cipem constituit, cui summa, & prima illa pauperum nego- tia non indiceret. Sic Pf. 71. 2. Deus iudicium tuum regida. Ju- dicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio. Bæzat. 3. l. 14. c. 16. §. 23.

Hæc mulier vidua ego sum. 2. Reg. 14. 5. Mittit Joab Thecu- rem ad David, ut pro Absolone deprecaretur. Non querit Joab aulicos, & amicos regis; sed tantum objicit viduam lacrymantem. Abulen. q. 10. vocat fe viduam, ut significet,

se esse personam miserabilem; & moveatur facilius rex ad misericordiam, & expediendam causam. Sylveira in Luc. 7. 13.

Pater orphanorum. Cf. Pl. 67. 6. Quocirca nemo pupillos in- juria afficiat, Patrem cogitans; nec viduam opprimat, Ju- dicem ob animum sibi proponens. S. Grego. l. 1. ep. 60. Pas- toralis regiminis necessitate compellimur; ut orphanorum, & viduarumque, causis solertius, quam curis cæteris, in- stamus. Ita scripsit, nec secus fecit: cujus in libro inscripta erant nomina, qui Romæ vel inopia, vel iniustitia, labo- rabant. Audiebat orphanos primùm deinde Legatos: præ omnibus viduas, & oppressores; tum Cancellarios. Prius, quam scriberet ad Mauritium Imperatorem, libellis paupe- rum subscribebat. Oliva t. 1. Conc. 28.

Vidua ejus benedicens benedicam. Pl. 131. 15. Vidua Chri- sti dicitur Ecclesia: quia omni auxilio destituta Mundano, solam spem suam ponit in Domino: patiturque, quod vidua, improbitates malorum, direptiones crudelissimas impiorum; & tanquam maritali auxilio destituta, semper moeret, semper atteritur. Cassiodorus hic.

Offendit deposita esse hæc, & viduitas, viduarum, & pupil- larum. 2. Machab. 3. 10. Director templi Heliodorus virgine dire- conspessus. v. 16.

Ex Nove, Patribus, & aliis.

Comeditis domos viduarum. Matth. 23. 14. Emungebant do- mos viduarum, & bona, sanctitati prætextu, fingentes lon- gas preces, tam pro ipsis viduis, quam earum maritis defun- ctis. Ita S. Chrysol. Paschasius, Theophylactus.

Reliquisti, quæ graviora sunt, legis, iudicium, & miseri- cordiam. Matth. 23. 23. Majora dico negotia; non, ut qui- dam æstimant controversias, quæ inter claros, divites potentes, incidunt, sed quoties privati, egeni, obcuri, pre- muntur à potentioribus; cum nulla præsidii spes est, nisi à Ju- dice. Philo l. de creat. principis.

Sacri Simonis tenebatur magis febricit. Luc. 4. 38. Que nunc sanata est, vidua erat. S. Ambros. l. 1. de vid. Nota: pri- mum miraculum à Domino in muliere operatum fuit in hac vidua; quia viduæ calamitas ad sui miserationem maxime movet. Sylveira hic.

Misericordia motus super eam. Luc. 7. 13. Filiam Archi- Synagogi suscitaturus quanta agit? Marci 5. 38. plorantes pre- hendit, subsannantes patitur, iudicines expellit, parentes defunctæ vocat, Discipulos inducit, delinco manum tenet, alloquitur, tandem vitam revocat. Verum occurrens filio delinco unico matris viduæ, mox eum matris vivum restituit. S. Ambros. l. 6. in Luc. causam ait esse: quia vidua erat; mater unci non patebatur moras. Prima Ebo. 32. Viduæ lacrymæ Unigenitum traxerunt ad restituendam uni- genito vitam, & Basilus Seleuc. or. 10.

Judex quidam erat in quadam civitate, qui Deum non time- bat, & hominem non reverebatur. Vidua autem quidam erat in civitate illa. Luc. 18. 2. 3. Quo tempore Ethnici Judices causas viduarum, & pupillarum, acris tuiti, quam Christiani. Sylveira in Act. 25. q. 4.

Viduas honora. 1. Tim. 5. 3. Honor in Scriptura, non tam in salutationibus deferendus, quam elemosynis, ac munerum oblatione, sentitur. S. Hieronym. in Matth. 13.

Duo ista nomina (viduæ, & pupilli) in quantum despectui humano, in tantum divinæ misericordie exposita suscepit tue- ri Pater omnium. Tertull. l. 1. ad ux. c. 8.

TITULUS XI.

VIGILANTIA.

Speculatorum dedi te Domui Israel. Ezech. 3. 17. Vigilantiæ Pastorum Symbolum sunt pascuæ Brasiliæ; qui, dum gregatim pascuntur, speculatorem unum & gregæ suo collo- cant in arboris cacumine: qui, si quid periculi superveniat, signum edit; quo reliqui possint avolando sibi consilere. Cornelius hic.

Vigilare. Matth. 24. 42. Opus est vigilare, sive vesper, id est, in juvenute; sive media nocte, id est, in medio vite humanæ tenebrosæ, sive galli cantu, quando jam Senior est, sive mane, quando jam senectute propecta est. Origenes t. 30. in ep. Tim. 24. Quatuor sunt, quæ faciunt hominem vi- gilare: galli cantus, id est, prædicatio divini verbi; solis ortus, id est, Christi gratia: timor furis, id est, consideratio mortis; sollicitudo rei familiaris; id est, desiderium Regni ce- lestis. Hugo Card. hic.

Si in Secunda vigilia. Luc. 12. 38. Prima vigilia primævum tempus est, id est, pueritia: secunda adolescentia, vel juven- tus: Tertia senectus accipitur. Qui ergo vigilare in prima vi- gilia noluit, custodiat secundam. Et qui vigilare in secunda vigilia noluit, tertiæ vigiliæ remedia non amittat. S. Grego. hom. 13. in Matth. 25.

Revera plus vigilare, plus vivere est. S. Chrysol. l. 24. Permi-

Periculosissimus nimis est tepentius hostis, nam autescens invenit, aut incautos præoccupat, aut opprimat dormientes. Hinc est, quod Christus Rex noster ante secula per totam se- culi noctem milites suos premandatis vigiliæm vicibus com- monuit, contra diaboli, id est, veteris hostis subtilissimum do- lum. Idem. l. 27.

Antiqua est familiarum devotio; familiare bonum omnibus Sanctis. S. Ildorus de offic. Eccl. l. 1. c. 22.

TITULUS XII.

VINUM.

Non plantavit vineam. Gen. 9. 20. In Symbolis Romano- rum reperimus: Noe, qui primus vineam plantavit, quem Janum illi dicebant, advenisse vite, & vino sanguinem quatuor animalium, fœmæ, leonis, porci, & agni, quia vinum facit vel moriones, quasi Simias vel pugnae, ut leones; fœdos; ut porcos; alios manufactos, blandos, pios, ut agnos. Cornelius hic.

Bibensque vinum inebriatus est. Gen. 9. 21. Aquæ infinitæ non potuerunt, vincere ipsum; vinum autem vile inter dor- miendum justæ viri corpus nudavit. A modico, vilique vino victus est dormiens. S. Ephrem de Virginitate.

In quo angurari solet. Gen. 44. 5. Tradit Julius Sirenius l. 9. de fato c. 18. Ægyptios, & Assyrios, pelves, & scyphos, aqua replere; deinde certis verbis demonem advocare solitos; ac tum demonem, instat sibi, ex aqua desisse responsa. Dice- cess: ergone Joseph talem hic fe profetur magnum? Respon- deo: pro angurari Hebr. est nacas, quod significat præcipere, & divinare; sive augurio, fe naturali sagacitate. Unde Chaldaeus vertit: præbore. Joseph ergo hoc scypho, cum vino plenum hospitibus suis propinando, naturaliter divinabat, & explorabat, hospitium suorum temperantiam, prudentiam, & arcana cordis; & hic explorabat, quis fratrum in Benia- minum esset animus? Cornelius hic.

Vinum lætificat. Judic. 9. 3. 13. Calefacit, laxat, funditque cor, ideoque lætificat lætitia enim est cordis laxatio, & dis- fusio, quam facit calor. Tristitia verò ejusdem contractio, & torpor; quam facit frigus: quare ideoque sympathiam habet cum corde. Cornelius hic.

Aquam vinum factam. Jon. 2. 9. Eri aquam vinum in nu- ptis fecerit, non tam permittit inebriari. Cl. Al. p. d. l. 2. c. 2.

Si quid itaque in me potest esse consilii, si experto creditur: hoc primum moneo, hoc obtestor: ut spolia Christi vinum fugiat pro veneno. Hæc adveniens adolescentiam primæ arma sunt demonum. Non fe avaritia quærit, instat superbia, de- ledat ambitio. Facile aliis caremus vitii; hic hostis nobis in- clausus est. Quocumque pergitur, nobiscum potantur inimi- cum. Vinum, & adolescentia, duplex est incendium volu- ptatis. Quid oleum flammæ adjuvino? quid ardens corporu- sculo fomenta ignium ministramus? S. Hieron. ep. 22. ad Eu- fochium.

Sicut aqua igni est adversa, sic vinum immodicum rationi. S. Basilus hom. 18. contra ebrietatem.

Vinum medicina optima est, quando commensurationem habet optima. S. Chrysol. hom. 1. ad pop.

Vinum datum est, ut delectemur; non ut dehonestemur: ut rideamus; non ut rideamur: ut valeamus; non ut ægrotemus. Idem hom. 7. 1. ad pop.

Non ferventi ætati, quod est omnium humidorum calidif- simum, vinum infundere convenit: perinde ac si quis in ignem detiverit. Hinc autem fit, ut multum juvenutis, fines pudoris transiliat. Clem. Alex. p. d. l. 2. c. 2.

Vinum à vi. Varro de lingua Latina.

TITULUS XIII.

VIR.

Sedecim annorum erat Joseph, cum à fratribus venditus in Ægyptum relegatur. Gen. 37. 2. 28. Et tamen David de illo: misit ante eos vinum; in seruum venundatus est Joseph. Pl. 104. 17. Adultera de eodem: intravit vinum Hebraum, ut illudaret nobis. Gen. 39. 14. Conviçta est vir Josephi innocen- tia faciebatur. Vir erat, qui juvenilibus illecebri non succum- bebatur. Mendoza in 1. Reg. 1. Annot. 4.

In sanctuario comedit illud: mare tantum edens ex eo. Num. 18. 10. Ait Deus ad Aaron de sacrificio pro peccato.

Non induetur mulier veste virili, nec vir uter veste feminea. Deut. 22. 5. Arbitror, quod non tam de vestibus, quam mori- bus dixerit. S. Ambros. ep. 15. ad Irenem.

Vir unus. 1. Reg. 1. 1. A virili constantia. Mendoza hic.

Confortamini, & estote viri. 1. Reg. 4. 9. Viri hoc loco no- men virtutis, non ætatis. Unde non omnes sunt viri, qui vi- dentur. Virum de mille unum reperi. Eccl. 7. 29. Vidit, quia

non est vir. Il. 59. 16. Quarite in plateis ejus, an invenietis vi- rum. Jerem. 5. 1.

Attinge sicut vir lumbos tuos. Job 38. 2. Scriptura sacra vi- ros vocare consuevit; qui vias Domini fortibus, & non dis- solutis gressibus sequuntur. S. Grego. moral. libro 28. ca- pite 4.

Discurberunt viri numero quasi quinque millia. Joan. 6. 10. De viris solum mentionem facit: ænigmatica monens; om- nibus, qui viriliter probitentur, ac sicut amplentur, non imbecillibus, ac molliibus, ecclestem à Salvatore cibum præberi. Nam, qui puerili animo, aut puerili sunt, nihil magni cognoscere possunt. S. Cyrill. Alex. l. 3. in Joan. c. 16.

Imperatores nullam cohortationem habent efficaciorē in præliis, quam estote viri. Philo lib. quod omnis probus sit liber.

TITULUS XIV.

VIRGINITAS.

S. I.

Figuræ, Symbola.

In vestita deaurato. Pf. 44. 10. Quid est vestitus aureus, nisi decor, & honor, corporis Virginalis? S. Grego. l. 6. Expof. in 1. Reg. 15. 1.

Aliud centesimum. Matth. 13. 8. Porro centesimus numerus (diligenter quæso Lector attende) de sinistra transferat ad dextram; & eisdem quidem digitis, sed non eadem manu: quibus in lava nuptæ significatur, & viduæ; circulum faci- ens, exprimit Virginitatis coronam. S. Hieron. lib. 1. adv. Jovinian. ubi per triginta intelligit nuptias, per sexaginta viduas. Quod dicit, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum. Centesimum Martyrum, propter sanctita- tem vite, vel contemptum mortis. Sexagesimum Virginum, propter otium interius. Tricesimum Conjugatorum: quia hæc est ætas præstantium. S. August. l. 1. q. q. Evangel. qu. 10.

Bonus hortus virginitas, quæ plurimos boni ferat fructus odoris. Hortus clausus. Cant. 4. 12. quia undique vallata est muro castitatis. Fons signatus: id quod virginitas fit fons, & origo pudicitie; quæ involata custodiat virginita- tis signacula: in quo fonte imago Dei luceat. S. Ambros. in Cant. 4. hic.

Digna Virginitas, quæ apibus comparetur: sic laboriosa, sic pudica, sic continens. Rore pascitur apis; nec sit concubitus, mella componit. Ros quoque Virginitis, est sermo di- vinus: quia sicut ros, verba Dei descendunt &c. Idem l. 1, de Virginitate post medium.

Vellus Judic. 6. 37. Virginem præstant. Vellus enim, sic- cut cum sit de corpore, corporis non subjacet passioni; ita Virginitas, cum sit in carne, vitia carnis ignorat. Ildepho- nus l. 6. de Assumpt. B. V.

Virginitas flos est: qui, si debito modo servetur non de- cidit; quem ventus temporalis prosperitatis non dejicit; nec hyems adversitatis lædit. S. Thom. Aqu. de erudit. princ. lib. 5. c. 54.

Virginitas assimilatur cedro: est odoris juvenudi, qua ser- pentes, id est, demones fugat. Nonquam à tineæ, vel alio verme corroditur. Sic corpora mortificata per abstinentiam in cedro, id est, virginitate, incorrupta servantur. Geminiani l. 3. c. 80.

S. II.

Virginitatis excellentia, laudes.

Ex Veteri.

Adam verò cognovit uxorem suam Evam. Genesi 1. 4. Quamdiu in paradiso fuit, mulier vocata est; & cognita viro non erat: ubi autem ejecta est de paradiso, tunc legitur, quia Adam cognovit Evam mulierem suam: & tunc concepit, & peperit filium. S. Ambros. lib. de insti- t. Virginit. c. 5. Simul atque Deo non obtemperarunt (primo parentes) ac terra, cinisque facti sunt: simul cum beata illa vivendi ratione virginitatis decus amiserunt: & una cum Deo semigravit ab eis castitatis virginitas. Nam, quamdiu à diaboli servitute liberi fuerunt, ac Dominum suum sunt veri- riti, fuit penes eos Virginitas; quæ majori ipsis erat orna- mento, quam sit diadema regibus, aut aurea vestimenta. Postea verò quam captivi fuerunt, & regiam ipsam exuerunt stolam, tunc una successit conubium mortale hoc, & ser- vile vestimentum. S. Chrysol. lib. de virginit. Eva in pa- radiso virgo fuit; post pellicæas tunica instituit sumptus nuptiarum. S. Hieron. ep. 22. ad Eustoch.

Nec quidquam est, quod non in meâ sit potestate, vel non tra- diderit mihi; præter te, quæ uxor ejus es. Gen. 39. 9. Cur non dixit, præter te, quæ domina mea es? S. Ambros. l. 5. de Joseph:

Joseph: recte uxor Domini, non ipsa Domina, dicitur, quae non potuit extorquere, quod voluit imperare. Nam quomodo domina? quae dominandi non habet affectum? quae disciplinam dominæ non tenet? Ille Dominus, qui amantissimum non excipit faces. Baeza t. 1. l. 1. c. 7. §. 10. Puritas virginialis, non est, nisi dominium: quod persona recipit super sensualitatem corporis. S. Vinc. Ferr. l. de S. Martha.

Ux ascenderis extra Bethuliam. Judith. 7. 1. Diabolus Virginum hostis: laus hæc eorum maxima: neque enim diabolus odit graviter, nisi quod magnum est. Apoc. 16. 13. de ore leonis, & de ore draconis, & de ore pseudo-propheta videt Joannes spiritus tres immundos. Rupertus l. 10. in Apoc. propter istam causam spiritus dicuntur immundi, quia spurcissimi sunt: quia humanum genus, per suas suggestiones multimodis immunditiae, atque ignominiae, passionibus afficiunt. Prima cum Virgine diabolo pugna. 2. Cor. 11. 3. Serpens Evam seduxit in astutia sua. Tertull. l. de virg. velandis c. 5. adhuc felix, adhuc paradiso digna, adhuc virgo. Velloso in Judith 7. Par. 2.

Astutis regina à dextris tuis, &c. Pl. 44. 10. Adverte, o Virgo, quantum tibi Spiritus Sanctus, Scripturae divinae testificatione, detulerit: regnum, aurum, pulchritudinem. Regnum; vel quia sponsa es regni aeterni; vel quia invictum animum gerens, ab illecebris voluptatum non captiva habetis; sed quasi regina dominaris. S. Ambros. l. 1. de virginis.

In medio tympanicularum tympanistrarum. Pla. 67. 26. Tympaniculas tympaniculas puellas vocat, Virginitatem exercentes, & divinam symphoniam Deo afferentes. B. Theodoretus hic.

Qua est ista? qua progreditur &c. Cant. 6. 9. Confurgit Ecclesia quasi aurora; cum, spreto tenebrarum operibus, caest, & sobrietate, vivit in conjugatis; pulchra ut luna: cum in continentibus candido nitore resplendet: electa ut sol; cum in virginibus perfectionis decore resplendet. S. Justus Orgel. hic.

Sacerdotes ejus gementes, Virgines ejus squalida. Thren. 1. 4. Virginitas recte Sacerdotio copulatur; eò quod sint regale Sacerdotium omnes. S. Paschas. hic.

Ex Novo.

Et erat subditus illis. Luc. 2. 51. Magna est virginibus dignitas prorogata, quia Christus duabus virginibus factus est subditus: ut moverint hoc sacramentum homines; quòd illorum Christus complet vota, desideria perficit: qui se puritati, & munditiae tradiderunt. Et spes magna facta est amantissimè celestem vitam, quanta fit eis Christus in illa patria familiaritatem donandus, qui duobus cæcis in hac vita factus est subditus. Sim. Caff. l. 2. c. 29.

Virgo cogitat, qua Domini sunt. 1. Cor. 7. 34. ut nihil aliud esset, ut nulla merces alia virginem sequeretur, sufficeret ei hæc sola prelatio; cogitare, quæ Domini sunt. S. Hieron. l. 1. adv. Jovin.

Ex Patribus, & aliis.

Nunc nobis ad Virgines sermo est: flos est ille Ecclesiasticæ geminis; decus, atque ornamentum gratiæ spiritualis; læta indoles, laudis, & honoris opus integrum, atque incorruptum. Dei imago, & respondens ab Holoserne Domini, illustrior portio gregis Christi. S. Cyprianus l. de disc. & hab. Virg.

Non ideo laudabilis Virginitas, quia & in Martyribus reperitur; sed quia ipsa Martyres facit. S. Ambrosius l. 1. de Virginibus. Sub initium.

Sola est Virginitas, quæ suaderi potest, imperari non potest: res magis voti, quam præcepti. S. Ambros. adhortat ad Virgines. Post initium.

Bona virginitatis via; sed sublimis, & ardua, validiores requirit. Id. ep. 82.

Meliores patre tuo, qui nuptias contempnisti: & tu melior matre tua; quæ nuptias contempnisti. Etenim melior est virginis sanctitas, quam pudicitia conjugalis. S. August. l. 53. de verb. D.

Qui servimus in Lege nuptiis, Virginitati? in Evangelio serviamus. S. Hieron. l. 1. contra Jovinianum.

Quomodo absque ceteris operibus Virginitas sola non salvat; sic omnia opera absque Virginitate, puritate, continentia, castitate imperfecta sunt. Idem ibidem.

Romanus populus quanto honore Virgines semper habuerit, hinc apparet; quòd Consules, & Imperatores, & in curribus triumphantes; qui de superatis gentibus torpæ referabant, & omnes dignitatis gradus; eis de via cedere solent. Idem ibidem.

Tam magnum voluit Deus esse bonum Virginitatis; ut illud non aliunde, sed ex vocabulo dignaretur nominare virtutis. Virginitas itaque si quis velit diligenter considerare vocabulum, ex virtutis inveniet nomine derivatum. B. Fulgentius ep. 3. ad Probam de Virginitate.

Nec dubitamus dicere: tantum à sancta virginitate, carnis, & spiritus. Fidelium conjugatorum licet à Deo concessum) infirmæ moralitæque carnis hujus ditare concubium; quantum similitudo peccorum ab imitatione discernitur angelorum. Idem ibidem.

Virginitas est bonum: id quod ego fateor. Atqui nuptiis etiam melior: ac istud tibi assentior: ac, si liber, illud adjunga: tantò nuptiis præstare, quantò cœlum terræ, quantò hominibus angeli antecellunt. Ac, si quid præterea audendum est - etiam magis. S. Chrysof. l. de virginis.

Qui virginitate suavis: quid pulchrius? quid illustrius? Etenim ipsi solis radii fulgorem splendidiorem emittit. Nos verò, ab omnibus terrenis rebus avocans, sic afficit; ut solem justitiæ puris, & intentis oculis intueamur. Idem ibidem.

Vos estis, quæ, secundum nobilitatem generis, flores estis Ecclesiæ: quæ virro pudicitia, & splendore castitatis dilectionis, sponso fero componitis; & coronam spicam mutatis quotidie in gloriam triumphantis. S. Paschasius l. 1. in Pl. 44.

Semper est angelis cognata Virginitas. In carne præter carnem vivere, non terrena vita est, sed cœlestis. Esse angelum, felicitatis est; virginem esse, virtutis. S. Chrysof. l. 143.

Soli eos, qui virginitatem amplexi sunt; Lunæ autem eos, qui continentiam; ac denique stellis eos, qui honorabile conjugium, amplexi sunt, atque conservaverunt, comparare licet: maxime cum D. Paulus calculum suum addat, & dicat: alia claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum. 1. Cor. 15. 41. S. Isidorus Pelus. l. 3. ep. 341.

Virginitas est, quæ cunctorum editit vitam, regina virtutum; sponsa, atque pronuba Christi. B. Theodorus Studita l. 65.

Triplex corona legitur in Scriptura: una aurea, altera stella, tertia lapidea. Prima datur Virginibus, secunda Prædicantibus, tertia Martyribus. Aurum enim, quia incorruptibile, significat incorruptionem, seu carnis integritatem: stella deviantium est directiva: lapis propter suam soliditatem, significat patientiæ firmitatem. S. Bonaventura l. 2. de S. Bartholomæo.

Virginitas curvus igneus est; sursum ferens, quem vehit. Blesensis in festo OO. 55.

Supplementum angelicæ ruine ex solis virginibus fieri verisimile est; cum alii tanta non accedant ad Angelos affinitate. Imò, teste veritate. Luc. 5. 36. Novi panis non congruunt panno veteri; sicut & contrario commixtura veteris non bene affuerit novo. Quod, etsi in Scriptura non adeò invenitur expressum; sufficere tamen potest ad ejus assertionem, quòd neque nubent &c. Sed ornati sicut angeli Dei. Matth. 22. 30. Idem l. 28. in Assump. B. Virg.

§. III.

Virginitatis prerogativæ, gratiæ, speciales revelationes &c.

Uinc Holoserne præcepit servis suis, ut comprehenderent Achior, & perducerent eum in Bethuliam. Judith. 6. Bethulia idem est; quod Dei virgo. Huc missus ab Holoserne Achior, lucis frater. Quòd enim lucis candorem mitti oportebat, nisi ad Dei Virginem? nam Virginitas multo splendore lucet. Sibyllis profuit ad sapientiam Virginitas. S. Hieron. l. 2. contra Jovin. quarum insigne virginitas; & virginitatis præmium, divinatio. Velloso in Judith. 6. Par. 1.

Dominus est. Joan. 21. 7. Solus Joannes, Christo apparente piscantibus, eum, & primus agnovit. S. Hieron. l. 1. contra Jovinianum: Solus Virgo Virginem agnovit. Et S. Cyrillus: Joannes propter mentis puritatem, & cordis, oculorum acumen, ad intelligendum erat aptissimus. Unde solus signum statim intellexit, & Christum adesse cognovit, & aliis, nihil dubitans, significavit. Cornelius in ep. S. Joannis proœmio. Inter omnes sanctos Apostolos, & Evangelistas, de nullo legitur, tot, tantisque, revelationes habuisse; sicut S. Joannes Evang. & S. Paulus. Cujus ratio esse videtur: quia hi duo facti viri erant Virgines; ceteri vero non; quia erant conjugati, ut S. Ambros. affirmat super ep. 2. Cor. c. 11. Diez conc. 2. in Comm. Virg. Joannes magnus paradisi fluvius, qui ex principali sui fontis origine profusus, squalentia deserta humanarum mentium irrigat. Et non immerito tam profunda, tam supereminens revelatio Deitatis Virginis debebatur: ut qui carnis sibi met amputavit illecebras, felici commercio pro carnali dulcedine, cœlestium epularum divitiis fruere. B. Petrus Damiani l. 1. de S. Joanne.

Uinc erant quatuor filia prophetantes. Act. 21. 9. Sapientia præmium est Virginitatis: ut patet in Sibyllis, quæ ob Virginitatem tantum donum accepit. Sylveira hic.

Prudent-

Prudentes animæ, & mundæ, ut Virgines; cum intelligant se fitas esse in mundana incitua; lumen accendunt, & mentem excitant; tenebras illuminant, & ignorantiam expellunt. Sancti. Clemens Alexand. lib. 5. Strom. cap. 2. de Virginit. prud.

In castitate, & scientia. 2. Corinth. 6. 6. In qua virtutum conjugatione evidentissimè nos voluit erudire, de castitate ad scientiam perveniri. Nestor apud Cassian. Coll. 14. caput 16.

Quid aliud Virgines sanctas, nisi Dei Secretarias, dixerim? His sua Deus pandit arcana, his abscondita mysteria revelat: hæc visitant angeli; hæc perficiunt, hæc exomant thesauri cœlestibus. Sancti. Thom. Vill. Conc. 2. de Sancti. Dorothea.

§. IV.

Aliz gratiæ, & dona.

Et Veteri.

ET post hæc mortuus est Josue. Jof. 24. 29. Inveniens, tantum Principem nullò planto sepeliri. Diebus septuaginta Jacob defunctus deploratur. Gen. 50. 3. Aaron triginta. Num. 20. 30. totidem Moyse. Deut. 34. 8. S. Hieron. l. 1. contra Jovin. Moyse moerens plangitur à populo Israel: Jesus autem quasi victus post mortem non plangitur: nuptiæ enim finiuntur in morte; Virginitas post mortem incipit coronari. S. Bern. ep. 42. hæc enim est inflat odoriferi balsami, quo condita cadavera incorrupta servantur. Efcob. t. 1. Mir. Chr. p. 4. fest. 9. obf. 31.

Introduxit me in cellam vinariam. Cant. 2. 4. Cur ad tantam affluentiam donorum inducitur? Dicitur paulò antè de ea: sicut lilium inter spinas; ubi per lilium Virginitas, & puritas animæ, laudantur, teste Sancti. Ambros. l. de Virgin. S. Bern. l. 48.

Pascitur inter lilia. Cant. 2. 16. Chald. inter rosas. Septuag. Passerem agens in liliis. Hebraice verti potest: qui pascitur in liliis, id est oblectatur inter spinas, & æque ac virtutibus. Cornelius hic. Pascitur inter lilia, cum in corde virginum requiescit; vel cum illic per gratiam, quam ipse tribuit, quotidie augetur, & proficit. S. Justus Orgel. in Cant. 6. O cadens lilium! d tener, & delicate flos; vide, quomodo cautè ambules inter spinas. Plenus est Mundus spinis. Versari in his, & minime lædi; divinæ potentie est, non virtutis tuæ. Sed condite, inquit, ego vici Mundum. Considera lilia agri; quomodo inter spinas vigent, & nitent. Si fecerim, quod hodie est &c. Deus sic custodit; quomò magis amicam, & sponfam suam charissimam? S. Bernardus l. 48. in Cant.

Tolle illum (Jeremiam): nihilque ei mali facias. Jerem. 39. 12. Præceperat Nabuchodonosor de Jeremia, multa de eo cura providente Deo. Cur de sacra Domo id non mandat? cur non de tota Jerusalem? Quidquid grande est in Jerosolyma, donat flammis; unum servat Jeremiam. Sed Jeremias. Virgo est. S. Hieron. hoc enim verum Dei templum est, & hæc Sancta Sanctorum; quæ virginitatis puritate Domino consecratur. Velloso in Judith. 6. Par. 5.

Consolabor te Virgo, filia Sion. Thren. 2. 13. Quam filiam dixerat, appellavit & Virginem: nè, si tantum filiam nominasset, arbitraretis & nuptam. S. Hieron.

Ex Novo.

Impone manum tuam super eam, & vivet. Matth. 9. 18. Cur Christus solus hos tres suscitavit? Archi-Synagogi filiam, filium viduæ, & Lazarum? Quia innupti erant, casto, & virgineo, corpore viventes: ac proinde aptiores, ut mortem fugerent, & vincerent. Sylv. hic q. 14.

Non est puella mortua, sed dormit. Matth. 9. 24. Aptè puella duodecim annorum, dormire, non mortua esse à Domino asseritur: quia Virginitas nescit occasum. Efcob. tom. 1. Mir. Chr. p. 4. lect. 9. obf. 31.

Clamor salus est: ecce sponsus venit. Tunc surrexerunt omnes Virgines. Matth. 25. 6. 7. Unde tanta illarum celeritas? Sanè maritate, & difficultibus prægnantes; ad vocem Domini, non ita facile, & expeditè, occurrerent. Vt prægnantes &c. Matth. 24. 19. Fernandus in Gen. 3.

Vos omnes vos esse sicut meipsum. 1. Cor. 7. 7. Sed, d' Apostole Dei! sancte Dei! electe Dei! si omnes te imitarentur, unde filii, & filia? homines, & mulieres, nascerentur? Si omnes essent Virgines, unde nascerentur, & Virgines? Unde genus humanum propagaretur, si omnino ab omnibus eglibaretur? Sed utinam ab eo tempore, quo Christi Evangelium claruit; aut nunc, sicut ista vita decrevit, omnes viri, & mulieres tenuissent, aut tenerent perfectissimè cœlestium. Quòd autem sic completeretur numerus Electorum, & finiret ista miseria; sive aliter provideretur in propagatione hominum; Deo possibile est, qui simulac repente, ex nihilo eduxit militiam angelorum. O hominum magna teme-

ritas, & infrunita vesania quòd imaginatur, Dominum aliter homines educere non posse, nisi ex carnis corruptione. Unde eduxit angelos: unde sublimissimos cœlos; unde multitudinem stellarum? magnitudinem ipsarum unde composuit? quatuor elementa unde produxit? Utinam facerent homines, quod in eis est, & impleverit per castitatem Domini voluntatem: faceret & Dominus omnipotens, quod in eo est, qui faciendi omnia, possidet omnimodam, & celerem facultatem. Sicut dixit, & facta sunt; sic si vellet, & feret. Videbat Apostolus, in Deo non desset potentiam; quin aliter humanam naturam posset propagare. Videbat Joannes Bapt. cum Judeis dixit: potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abræ. Luc. 3. 8. Sim. Caff. l. 15. de just. Christ. c. 3.

Sequitur agnum, quocumque jerit. Apoc. 14. 4. Virgines erunt continuè in societate Christi. Item erunt domicellæ B. Virginis. Aliz siquidem mulieres erunt quasi famulæ; sed istæ familiares magis quasi domicellæ. B. Humberto l. 47. ad Morales albas. Privilègium singulare; sed multo obtentum labore, & mortificatione: Cur autem Virgines speciali familiaritate in cœlo Christum dicuntur secuturæ? Sancti. Antonius Pad. l. 1. de Virg. Virgines etiam ipso Martyrio Domino assimilantur: si enim genus Martyrii est castitas in juventute, ut dicit Augustinus; quomò magis Virginitas tota? Hinc est, quòd Virgines sequuntur agnum, quocumque jerit. Ramirez in epist. 5.

Ex Patribus.

Oza arcam, quam non licebat tangere, attingens subita morte prostratus est: neque enim vas aureum, & argenteum tam charum Deo fuit, quam templum corporis Virginis. S. Hieron. ep. 22. ad Eustochium.

Virginitas holocaustum Christi est. Univerfa castitas; sive in Virginitate, sive in viduitate, sive in continentia; hostia Christi est. S. Hieron. in Pl. 95.

Non dos hujus sponse sunt mancipia, non agri jugera: non tot; tantaque, aurea talenta: sed cœlum, & bona cœlestia. S. Chrysof. l. de Virgin.

Primus sermo salutis factus est ad Virginem. S. Athanasius Alex. l. de Virgin.

Non ignoremus castitatis gloriam: Angelica enim est corona, & supra hominem hæc perfectio. Parcamus corporibus, quæ lucere debent sicut sol. Sancti. Cyrill. Jerosol. Catech. 12.

§. V.

Virginitas quibus virtutibus ornanda, præfidiis munienda.

Primò.

Solitudo.

Gitur puella &c. Gen. 24. 14. S. Hieron. ex Hebræo, alma: I quod verbum nunquam, nisi de Virgine scribitur, & interpretatur: abscondita. S. Thom. Aqu. in Thren.

Egressus est à filia Sion omnis decus ejus. Gen. 1. 6. Causam in præcedentibus dixit: omnes porta ejus destruxit. v. 4. Egre-diente multum domo Virgine, egreditur decus ejus. S. Ambrosius Exh. ad Virgines: Paradisi es, o Virgo; Evam cave. Sicut paradisi est in loco tam occulto, ut non certo sciantur, ubi sit? sic etiam debet esse Virgo Deo dicata. Jønghen ex sacris Profession p. 2. Exh. 1.

Nullus sit tuus sine matre progressus, quæ sit anxia tui custos pudoris. Ipsa quoque ad Ecclesiam progressio rarior sit adolescentulis. Considera, quanta fuerit Maria, & tamen nunquam alibi, nisi in cubiculo reperitur. Decet solitudo verecundiam: & gymnasiū pudoris secretum est. S. Ambros. Adhort. ad Virgines. Ante finem.

Virgo devota apì quàm simillima esse debet, quæ longè à suo apario volans, pulchros undique flores elegit; qui quibus intrà alveum conclusa mellificat. S. Thom. Vill. conc. 2. de S. Dorothea.

Nix in montibus excelis conservatur; sic Virginitas non ita commodè in palatibus conservatur; nec in visitationibus, & colloquiis; sed in oratione, & solitudine. Diez conc. 1. in festo B. V. ad Nives.

Secundò.

Humilitas.

Lilium convallium. Cant. 2. 1. Se dicit: quatenus inquit, S. Ambros. l. 7. in Pl. 118. in humilibus magis elucet ejus gratia. Flos campi, terræ inaratz: flos Virginum, lilium convallium: quia humilitati Virginitas socianda. Dicitur flos campi, & non camporum: convallium, & non convallis. q. d. ego quidem flos sum campi Ecclesiæ in genere; sed peculiariter sum lilium,

per

per singularem providentiam omnium humilium, & singulorum. De Ponte hic. Exh. 20. §. 4.

Et descendit cum eis. Luc. 2. §. 1. Descensu adit Nazareth; quod flos pudoris humilitate servatur. Si ascendas; flos de radice Virginitatis non ascendet in cor tuum. Oliva lib. 13. Strom. hic.

Si qua Virgo est Christi; non potest Christo, nisi cordis humilitate conjungi. Fili Dei thalamus elatus non recipit; & humilis sponsus à connubio suo superbas expellit. B. Fulgentius.

Tertio.

Varia alia virtutes.

Ex Veteri.

Et ecce Rebecca egrediebatur. Gen. 24. 15. Nota hic speculum Virginitatis in Rebecca. Nam 1. non otiosa sedet, sed laboriosa hydriam gefat. 2. Haula aqua revertitur; non diu moratur in publico; & licet servum Abrahæ videret; non tamen curiosè inspicit, vel alloquitur. 3. Cum servus ab ea petit potum, statim offert, benignè alloquitur. 4. Quamvis audiret eum esse servum Abrahæ; non tamen cum in domum intruducit; sed matri nuntiat. 5. Non curiosè inquit, cur servus hic advenit? 6. Obtemperat parentibus, cum videt eos consentire, ut ad Isaac pergeret; tamen durum ei est: relinquere parentes. Corn. hic.

Rebecca, puella decora nimis, virgine pulcherrima. Gen. 24. 16. Bis dicitur pulchra: ut ostendatur, quod pulchritudo exterior multam ab interiori puritate dependebat: ac proinde toties dicitur pulchra in exteriori facie, quoties Virgo, & pura in interiori. S. Chryso. t. 6. f. quales ducendæ uxores: quid mihi narra pulchritudinem corporis? ut dicas insignem ejus pudicitiam, ut dicas animi pulchritudinem. Sylv. in Act. 7. 9. 15.

Currat puella, & nuntiavit. Gen. 24. 28. Protulit vir inures aureas: audit sermonem blandum: intus es filia? sed matrem citò adit, & nuntiat; quid? fortasse que acceptat? non: sed qua audierat. Sermone cum viri obrumpit virgo cauta, & matrem consulti: timens, nè qua sub voce leni pestis esset: sub melle venenum: sub esca hamus lateret. Virginitatem enim est, ait §. Ambros. l. 2. in Luc. 1. omnes viri affatus vereri. Veloso in Judith. 1. Par. 2.

Apparuitque ei Dominus. Ex. 3. 2. Ignis in rubo, est Deus in B. Virgine conceptus, & natus: illa est ejus virginitate. Ita Theodoros, Rupertus, Bernardus, Greg. Nyss. ubi nota: aptè virginitatem comparari rubo: quia per humilitatem, & asperitatem vitæ conservanda: in deliciis enim castitas est in periculo. Corn. hic.

Mulieres excubabant in officio tabernaculi. Ex. 38. 8. Excubare significat vigilias militares ad arcendum hostem. Nihil Virginitatis congruentius, quam vigilare, excubare. Væ castitati, quæ ad horam dormitat. Sanct. Chryso. hom. 40. ad pop. quid Salomone beatus? sed, quia dormitavit, cecidit. Gen. 39. 7. S. Greg. Nyss. illa dicebat dormit mecum: adolescenti autem contra proclamabat temperantia, vigila mecum. Bæzæ J. l. 1. c. 6. §. 7.

Abicit regina à dextris tuis. Psalm. 44. 10. Sponsus in acie stat: debet ergo, & ipsa armis succincta viriliter dimicare. Nemo in acie postus otiosus stare potest, nè cadat. Et hinc est, quod Salomon Virginem caltris comparat. Cant. 6. 9. terribilis ut castrorum acies ordinata. Sanct. Paschasius hic.

Sicut vita cocinea labia tua. Cantic. 4. 3. Sponsarum agni, hoc est, Virginitatis labia præcipue decet esse, sicut vita est cocinea: & sermo earum semper charitate ardeat, Passionis agni, & sponsi rubeat: qui semper debet esse in corde, semper fit in ore candidus, & rubicundus, dulcis Jesus. S. Bern. tr. de Pass. Dom. c. 31.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Missus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilæ. Luc. 1. 26. Quærant transmirationem (Galilæam) Virgines, Virginitatem virginum imitantes: ut in nullo visibili virginali ligetur affectus, Nil diligat, quod castissimi sponsi dilectionem impediat: nè querat diligere, à quo decet separari: qui non potest beare. Sim. Cass. l. 2. c. 1. de B. V.

Hæc Angelorum militia est; semper esse in Dei laudibus, orationibus conciliare crebris, atque exorare Dominum, studere lectione, vel operibus continuis, mentem occupant: separari à cetera mulierum: sibi ipsi invicem tutam præbent custodiam. S. Ambros. ep. 82.

Novi Virginitatis vim; novi hujus certaminis contentiorem: quantum hoc habeat prælium difficultatis, intelligo. Vehementi quodam, & forti, animo opus est, & qui nullum habeat sensum voluptatis: quandoquidem per candentes carbones, ut non aduraris: per mucrones gladiatorum, ut non

faucieris; est incedendum. Ea est enim libidinis vis, ut cum igne, & ferro conseratur. Quamobrem adamantina quadam rationis vi, oculis nunquam tonno convenientibus, summa tolerantia; muris etiam firmis, opus est, quibus munitur: vigilantibus præterea, fortibusque custodibus: imprimis vero divinæ gratiæ indigemus adjumento. S. Chryso. tom. 1. de Virgin.

Paupertas eis in pretio est, & eò amplius, quod ex ipsa major approximat fit ad sponsum; qui pauperes requirit; sed divites non repellit. Verumtamen Virgo pauper propior accedit ad Crucem, nuda rebus temporalibus. Virgo nudam crucem astringit ardentibus: & tantò illius arboris fructus gustat sapidius, quò sibi fructum terrenarum arborum interdixit. Sim. Cass. l. 2. in Luc. 2.

Convenit dicatis Deo Virginitatem Nazareth incolere; propter florem campi, & liliam convallium, Dominum omnium Christum; ad floremque per eum, & juxta eum, ad aliam vitam: quoniam in ista nihil manet, aut floret; quod in vespere non decidat, & arefcatur, & marcescat. Id. ibid.

Deus posuit in firmamento Virginitatis Librari, & Leonem: ut hinc temperantia, inde fortitudo, feminiat. S. Basilus or. 8. de Joseph. fuga usus pro armis.

§. VI.

Virginitatem servandi, & tuendi motiva.

Donum est homini mulierem non tangere. 1. Cor. 7. 1. Dices Gen. 2. 18. dicitur: non est bonum esse hominem solam. Respondet: Deus in Genesi loquitur de bono speciei; Paulus de bono individui, Deus tempore Mundi vacat; Paulus pleni. Deus de bono temporalis; Paulus de bono vite spiritualis, & æternæ. Corn. hic.

Virgo es, & Virgo: non curveris non insectaris in terram; ut in te flos paternæ radicis ascendat. Hortus clausus est Virgo; serva fructus tuos: hortus clausus in te spinæ; sed uvæ tuæ florent. Hortus clausus es filia: nemo auferat sepe tu pudoris - Paradisus es Virgo; Evam cave. Fons signatus es Virgo: nemo aquam tuam polluat; nemo contubet; ut imaginem tuam in fonte tuo semper attendas. Porta clausa es Virgo: nemo aperiat januam tuam, quam semel clausit sanctus, & verus; qui habet clavem David: qui aperit, & nemo claudit: & claudit, & nemo aperit. Apoc. 3. 7. S. Ambros. l. de inflit. Virginis c. 9.

Splendebas, ut argentum: fulgebas ut aurum; quando cum sincera conscientia procedebas. Eras tamquam stella in manu Domini. Apoc. 1. 16. Quæ ista subitanea conversio? De Dei Virgine facta es corruptio Sathanz, - de habitaculo Spiritus S. turgurium diaboli. Quæ incedebas cum fiducia, ut columba, nunc lates in tenebris sicut stello: quæ fulgebas ut aurum, propter virginitatis honorem; nunc vilior facta es luto platearum. Id. l. ad Virginitatem l. 4. c. 2.

Cave, queso, nè quando de te dicat Deus: Virgo Israel profecta est in terram suam, & non est, qui suscipiat eam. Amos 5. 1. Audenter loquar: cum omnia possit Deus, suscipiat Virginitatem, non potest post ruinam. - Redditus fuerat homini, suscipisse conjugium; ambulabat per plana; quàm ad altiora tendentem in profundam Inferni cadere. S. Hieron. ep. 22. ad Eustoch. de Virginit. custodia.

Virginitas, si perditur, irreperabile bonum. Poterit siquidem poenitentiam misericordiam consequi: non autem coronam assequi virginitatem: neque illud cantare Canticum, quod solum centum quadraginta quatuor millibus coram agno cantare conceditur. Sim. Cass. l. 2. c. 1.

Virginitas vitro debilior: vitrum enim non frangitur, nisi tangatur: Virginitas autem solo visu concupiscentiæ ladiur. S. Vinc. Ferr. l. de S. Agnetæ.

TITULUS XV.

VIRTUS.

§. I.

Figuræ, & Symbola.

Offa.

Quoniam conturbata sunt ossa mea. Pl. 6. 3. Idem, virtutes animæ obcuratæ sunt, & extenuatæ virtutes simul conturbatæ sunt. Per ossa virtutes accipimus; per quas nimirum animus sustentatur. Sicut enim in ossibus est fortitudo corporum; ita in virtutibus robur innitur animarum. S. Greg. in Pl. poenit. hic.

Domus confringatur ossa mea. Pl. 41. 11. Idem, virtutes destruantur. Hugo à S. Vict. hic.

Deus dissipabit ossa eorum. Pl. 52. 6. Offa sunt virtutes: quia,

quia, sicut ossa sustinent corpus; ita virtutes sustinent animam. S. Vinc. Ferr. l. 3. in Epiph.

Construit omnia ossa mea. Thren. 3. 4. Per ossa virtutes animæ demonstrantur: quia, sicut ossa firmamentum sunt corporis; ita virtutes fortitudo sunt animæ. S. Paschas. hic.

Non frangerunt ejus crura. Joan. 19. 33. Idcirco crura sibi frangi noluit: quia ossum fracturam nullum usquam bonum sui similitudine commendat. Offa namque, quæ ubique in Scripturis mysticè pro virtutibus accipiuntur, nihil nobis mysterii prædicant in eo, quod frangerentur. Sed è contra crura ejus in eo, quod integra conservata sunt, illud nobis mystificant; quòd universe viæ ejus rectè inviolabiles sunt. Sanct. Rupertus lib. 14. hic.

Alia Symbola.

Ex Veteri.

Dias mei - pertransierunt, quæ naves poma portantes. Job 9. 25. 26. Quæ scilicet ad vendendum festinant, nè per moram putrescant. Significatur etiam studium tendentis ad finem - q. d. dies mei non pertransierunt vacui: sed virtutes congregavi, cum quibus tendo ad finem consequendum. S. Thomas Aqu. hic Lect. 4. Per poma, quæ sancti portant per naves, significatæ sunt virtutes, & opera virtutum: habent enim decorem, odorem, refecionem. Idem Conc. quadam de mortuis.

Protægit in velamento alarum tuarum. Pl. 60. 5. Per umbram alarum Dei, quæ velament loco nobis est, si quis virtutes intelligat, minime aberraverit. S. Greg. Nyss. tr. 1. de inscript. palmor. c. 14.

Benedictio corona anni benignitatis tuæ. Pl. 64. 12. Quasi enim corona anni benedicuntur: cum, finito laboris tempore, virtutum remuneratio conferunt. Dies autem hujus anni sunt singule quæque virtutes: menses autem, multiplicia facta virtutum. S. Greg. mor. l. 4. c. 17.

Omnes domesticus ejus vestiti sunt duplicibus. Prov. 31. 21. Duplex est vestis: hyemalis, & æstivalis. Vestem hyemalem dico virtutes; quibus progredimur contra pluviam, & grandinem tentationum, & persequutionum: ut est patientia, mansuetudo, humilitas, & humilmodi. Æstivalem dico virtutes; quibus tempore pacis, & tranquillitatis, vacatur bonis operibus, vel contemplantioni, ut est pietas, charitas, sapientia. Hugo Card. hic.

Cor sapientis in dextera ejus, & cor stulti, in sinistra illius. Eccl. 10. 2. Cor hoc loco pro intellectu, ac mente accipi deet. Sapientis itaque intellectus semper in dextris vergit partes virtutis, ac laudabiles: stulti autem mens sinistra fertur, & in ea, quæ facile culpæ possint. Olympiod. hic. Sicut stultus nobis in dextera parte virtutes, ita nobis pars vitiorum in sinistra. S. Chrysol. l. 9.

Curremus in odorem unguentorum. Cant. 1. 3. Virtus est unguentum: quoniam est seculum ab omni reo odore peccatorum. S. Greg. Nyss. hom. 4. in Cant.

Oculi tui columbarum. Cant. 1. 14. Columbe sunt virtutes mutuo amore colligatæ: Deo autem non offerimus columbas, sed pullos; non habitus, sed actus earum. De Ponte hic Exh. 10. §. 1.

Egrediamur in agrum. Cant. 7. 11. In agro Christiani, in vallis Ecclesiæ, in floribus fides, in fructibus virtutes, in malis Punicis Martyrium designatur. Sanct. Isidorus hic.

Via Sion lugens. Thren. 1. 4. Via sunt animæ virtutes ad sollemnitatem contemplantionis. S. Thom. Aqu. hic.

Ex Novo.

Ubi est, qui natus est? Matth. 2. 2. Sicut Rex est Dominus civitatum sui regni; ita Christus est Dominus omnium virtutum; quæ dicuntur civitates suæ. Si ergo volumus eum petquirere cum sanctis Regibus, queramus eum in suo dominio: quia rex communiter moratur in suo regno. Sanct. Vinc. Ferr. l. 2. in Epiph. Dominus virtutum ipse est rex gloria. Pl. 23. 10.

Innamur arma lucis. Rom. 13. 12. Idem, virtutes: quæ arma dicuntur: in quantum nos muniunt. Sanct. Thom. Aqu. hic.

Si quis autem superaddiderit - lapides preciosos. 1. Corin. 3. 12. Per lapides preciosos designantur opera diversarum virtutum, quibus anima humana ornatur. Eccl. 50. 10. Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide precioso. Sanct. Thom. Aqu. hic.

Ex Patribus, & aliis.

Si circulus non magnitudine spatii, sed quadam conformacione, ceteris prætat; quanto magis de virtute existimandum est; quòd non majoris loci occupatione, sed divina quadam congruentia rationum, atque concordia, ceteras affe-

ctiones animi superat. Sanct. August. l. de quantitate animæ cap. 16.

Vitatores valde solliciti sunt de bonis hospitibus. Bona hospitia ad quiescendum sunt; charitas misericordia, patientia, castitas, & ceteræ virtutes. Sanct. Bonavent. serm. Dom. 3. Epiph.

Stella. Lem: Non indiget auro. Virtus ipsa sibi magnum premium est; nec ornamenta ulla aliunde desiderat. Justus Lipsius præfat. l. 1. var. lect. Picinelli.

Urfa minor. Lem. Sine occasu felix. Vel: Sub Jove clarius frigidio. Idem.

§. II.

Virtutis vocabula, & nomenclatio; in quo consistat.

Reli diligunt te. Cant. 1. 3. Sept. rectitudines diligunt te. Virtutes vocantur rectitudines: quia ipsarum essentia, & perfectio in rectitudine consistit, omni curvitate submotæ. De Ponte hic Exh. 16.

Tot videberis accepisse uxores, quot virtutibus grandes. Origenes hom. 11. in Gen.

Nil aliud sunt virtutes, quàm ordinatæ affectiones. S. Bern. tr. de gratia, & lib. arbitrio.

Si à sine denominatur res, & virtutes dicuntur hominem ad illam finalem beatitudinem; ideo virtutes dicuntur beatitudines. S. Vinc. Ferr. l. 1. de S. Martino.

Ordinantur acies virtutum, & preparantur in clypeis, & lanceis, adversus caltra vitiorum. De caltris virtutum ejectionis virtus, quæ præter ordinem evagatur: perdit enim virtutis nomen, quæ egreditur ordinem. Virtus igitur non est, si ordinata non est. Petrus Cellens. de pane lug. c. 13.

§. III.

Virtutem assequendi motiva.

Excellentia, laudes, prærogativa.

Ex Veteri.

Non cognovit homo sepulchrum ejus usque in presentem diem. Deut. 34. 6. verum æterna ejus durat memoria: non Mausolei suffragio, sed egregie factorum auxilio. Gloriosus post mortem prædicant egregia facta, quàm infans, & arte tota elaborata sepulchra: tempore ferreo dente marmorea devorata simulacra: virtus æterna est, nec temporum assiduis vincitur. Nax. in Jos. 12. §. 6.

Quæ est portio tua Esther. -- Etiam si dimidiam partem regni mei perieris, imperabis. Esth. 7. 2. Pro eruento populo à mortis sententia, solum datur, regem exorare Estheri. Cur non etiam datur potestas ad aliqua miracula? sicut Moysi pro liberando populo à servitute: cum majori in periculo versetur populus sub Assuero, quàm Pharaone. Esther tunc non protergo, sed pro populo rogat. Ubi tam conspicua barbaris erat: virtus Esther, ut etiam oblatum regnum sperneret; non necessaria erant miracula, ut Assueri mentem in pietatem moveret. Sylv. in Matth. 21.

Vir erat in terra Hui nomine Job: & erat vir ille simplex, & rectus. Job 1. 1. Quid potissimum, & primum mirari debeamus in hominibus; factæ author historiæ nos admonet: virtutem nempe præ ceteris admirationi, laudibus esse debere. In Jobo enim non opes prædicat, & liberos; sed hæc, quasi appendicem fortis, narrat, postquam justum, dixit, & innocentem. Nos, morum omnia probitate, & in hominibus opes veneramus: tantique factus Senatorum; non quanti est; sed quanti eum haberi faciunt supplex, & genus. Oliva l. 6. Strom. §. Vir erat &c.

Tempus stendi, & tempus videndi. Eccl. 3. 4. Virtutes faciunt nobis tempora bona; vitia, & peccata, faciunt tempora mala. Salonijs hic.

Vade ergo, & comede in lactia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum. Eccl. 9. 7. Panis, & vinum rationalis creaturæ, sunt ipsæ virtutes, ex quibus animæ nutriuntur. Olympiod. hic.

Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delicias affertus. Cant. 8. 5. Delicijs affluimus, cum virtutibus abundamus. Super dilectum innititur, cum Deo adscribimus, quicquid boni operamur. Sicut virgula sumi ex aromacibus ascendimus; cum virtutum studio, & disciplina exercitatis, proximos nos ad bene agendi similitudinem incitamus. S. Bern. in Sententijs.

Ex Novo.

Beati pauperes spiritu. Matth. 5. 3. In quavis beatitudine duo tanguntur; scilicet meritum, & præmium. Meritum est ipsa beatitudo vite, videlicet actus virtutis, cum dicitur beati. Præmium vero est merces merito correspondens; quod tangitur, cum dicitur, quantum. Cum enim actus virtutis fit in hac